



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 43. Maria Theresia Hungariæ Regina de summo Pontifice questa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

intimo cordis sui exoraturum, ut Cæ-
 iaream suam Majestatem largissima sua
 benedictione cumulare, cunctaque ejus
 consilia & conatus ad Religionis ac Ca-
 tholicæ fidei augmentum, ad levandas
 funestas Europæ calamitates, & ad ex-
 optatam, firmamque pacem stabilien-
 dam dirigere velit: *Dilectissimo in Chri-
 sto Jesu Filio nostro Carolo VII. electo
 Romanorum Regi.*

Sæc. XVIII.
 A. C. 1742.

MVX, 332
 3873, A

§. XLIII.

*Maria Theresia Hungariæ Regina de
 summo Pontifice quæstæ.*

Cum ergo summus Pontifex gratulato-
 riis hisce literis Carolum Albertum
 legitime electum Romanorum Impera-
 torem agnosceret, Maria Theresia Hun-
 gariæ ac Bohemiæ Regina inde gravi-
 ter offensa mox die vigesima quarta Fe-
 bruarii Comiti de Thun negotium dedit,
 ut apud Cardinalem Gonzagam, qui
 in rebus publicis Pontifici a secretis e-
 rat, desuper quereretur, eique scriptas
 præfatæ Reginæ literas traderet, qua-
 rum summa erat hæc: „Nunquam Hun-
 „gariæ Regina credidisset, quod Sancti-
 „tas sua in maximi momenti negotio a-
 „deo præfestina foret, sed potius, pro-
 „ut jam ex literis a Regina ad ipsum da-
 „tis didicisset, memori animo recoluisset,

L 1 4 „quan-

Sæc. XVIII. „quanta violentia S. R. I. Electores
 A. C. 1742. „adacti fuerint, ut Catholicum Electorem
 „(scilicet Bohemum) excluderent, &
 „quidem hæc gesta fuisse a juratis Re-
 „ginæ hostibus, & quod plus est, in
 „congressu, ad quem nullum omnino
 „jus fuisset: sperasset utique Regi-
 „fore, ut Sanctitas sua assensum suum
 „dilatatura esset, atque in hoc secuta fu-
 „set exemplum suorum Prædecessorum
 „qui in ejusmodi eventu, & quidem
 „circumstantiis non adeo dubiis ac
 „gentibus, uti præsentibus essent, in
 „contra ipsos etiam Austriacæ Domus
 „Imperatores consensum suum
 „runt, sacroque Cardinalium Collegio
 „deliberandi, ac in rem inquirendi
 „tium reliquerunt, id sine dubio a Car-
 „dinalibus tanquam æquitati consonum
 „fuisset habitum; facile autem illis
 „qui Pontificem sine ullo Apostolicæ
 „Sedi imminente periculo, ad tam præ-
 „cipitem & Regiæ juribus adeo no-
 „xiam agnitionem Imperatoris induc-
 „re moliti essent, suas posteriores
 „sentias, quas in ceteros Germani-
 „perii Principes sacrosanctis Imperii le-
 „gibus exacte obsequentes intentatas
 „forent, præcoci hoc Pontificis gre-
 „honestare posse &c.“ Verum Pontifi-
 „perceptis Augustissimæ Regiæ quer-
 „lis suam agendi rationem exposita tem-
 „porum

porum vicissitudine, & Ecclesiæ univer- Sæc. XVIII.
 salis necessitate tam solide vindicabat, A. C. 1742.
 ut Reginæ plene satisfactum esset. Pau-
 lopost Eadem a summo Pontifice deci-
 mam partem ex bonis Ecclesiasticis a
 suarum ditionum Clero exigendi facul-
 tatem petiit, quod & Pontifex libenti
 animo concessit, atque in Apostolicis
 suis literis desuper datis ita prolocutus
 est: *In concedendis hisce suppetiis eo mi-
 nus cunctandum aut tergiversandum esse
 existimamus, quo acerbior dolore animum
 nostrum percellit calamitosa conditio dile-
 ctissimæ Filicæ nostræ Hungaricæ Reginæ:
 Nil plane ardentius desideramus, quam ut
 brevi mutata fortuna Ejus rebus secun-
 dior adspiret aura.*

§. XLIV.

Sinzendorffius Cardinalis a Borussorum Rege in Vicarium Generalem nominatus.

Haud diuturna, nec molesta erat Sinzendorffii captivitas; quippe ipsemet Fridericus Borussiae Rex die decima octava Aprilis misso ad eum Comite de Podewils Administro Regio, eidem nuntiari jussit, ut plenæ libertati redditus, durante bello, e Silesia emigraret, ac interim Viennæ subsisteret. Accepto hoc Nuntio Cardinalis Vratislaviam

L1 5 con-